

& disiuncta, coniuncta: eadem, diuersa;
 & diuersa, eadem: aspera, leuia; & le-
 uia, aspera; rara, densa; & densa, rara:
 pulchra, deformia; & deformia, pulchra:
 cur denique quæta videantur moueri, &
 mota quiescere. Hinc etiam sine Opticæ
 cognitione nemo boni Physici, & boni
 Astronomi nomen tueri potest. Quis e-
 nim naturam cæli siderei & stellarum,
 earumque locum, ordinem, & motum
 recte inuestigare & cognoscere potest, ni-
 si præceptis Opticæ sit instructus? Hæc
 enim demonstrat cælum stellatum non ef-
 se corpus durum, crassum & opacum: sed
 tenue, subtile & perspicuum: neque ob
 orbium realium multitudinem disconti-
 nuum, sed continuum. Eadem demon-
 strat stellas non esse orbibus infixas: sed
 per se libere in cælo moueri. Eadem ecli-
 psium solarium & lunarium causas ape-
 rit: & cur tam varia luminis incremen-
 ta & decrementa, aliasque phasæ Luna
 habeat, edisserit. Quis porro controuer-
 sias,

sias,